INSCRIPTIONVM ANTIQVARVM

Quæ paſſim per Europam,

LIBER.

Acceſſit AVCTARIVM

A IVSTO LIPSIO.

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Franciſcum Raphelengium.

CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

CLARISSIMO VIRO, D. MARCO LAVRINO, Waterfleti Domino,

MARTINVS SMETIVS, Weſtwynckelanus,

S. D.

INSCRIPTIONES *antiquas,* LAVRINE *clariſsime, non pauci olim ante me, & nonnulli etiam nuper mecum collegerunt, & nunc adhuc multi haud dubiè colligunt. A quibus omnibus diuerſa ferè ſeruata fuit, & adhuc ſeruatur in deſcribendo ratio. Quidam enim obiter tantum, ac veluti per tranſennam eas legentes, illa dumtaxat, quæ ſuo conuenire videntur inſtituto, excerpunt: reliquis, vt ſuperfluis, omninò omiſsis aut reciſis: mutila ſic ſecum truncatáque ſolum auferentes fragmenta. Alij integras quidem exceperunt: ſed tanta cùm negligentia, tùm audacia aut potius temeritate, vt aut multa perperam legendo peruerterint, aut quum id quod habebatur, legere non poſſent, quiduis ſubſtituere non ſint veriti: vel ſi quid effractũ omninò, aut vetuſtate eroſum erat, pro libitu ſuo, ſæpe etiam malè ſuppleuerint. Alij rurſum neglecta prorſus literarum forma & quantitate, mutatóque etiam verſuum ordine, omnem illis gratiam maieſtatémque ademerunt: imò vt vix intelligi poſſent aliquando effecerunt. Nonnulli, præterita omni temporum atque ætatum ratione, omnes inſcriptiones, eadem characterum forma delineauerunt: & ea quæ deformibus literis, in ipſis marmoribus antiquitus ſculpta erant, ſpecioſis reddiderunt: & contrà. Quod equidem non probo; quum ex ipſa literarum forma, tempus ſeu ætas, qua quæque res ſcripta eſt, cognoſci ferè poſsit. Antiquiſsimis enim temporibus (ante Cæſares videlicet) vtebantur literis planè ſimplicibus atq; informibus, quales in tabula Aletrina folio* XIII. *& alibi ſubinde videre licet. A tempore Auguſti vſque ad Antoninos, florentiſsima ſcilicet ætate, characteres formoſiſsimos, quadratos, atque omni ex parte optimè dimenſos effigiabant. Inde iterum cum ætate & imperio ipſo Romano paulatim characteres declinabant: fiebántque primò obliquiores ſolito, ac deinde oblongiores, ac tandem ad extremam barbariem delabebantur, vt literis Gothicis quàm ſimillimi euaſerint, ſicut in inſcriptione pontis viæ Salariæ fol.* III. *& alibi ſæpius apparebit. Quæ quidem ſcripturæ diuerſitas, ſi à deſcribentibus obſeruaretur, multam ipſis inſcriptionibus gratiam lucemq;, & non minimam legentibus adderet voluptatem. Quam ſanè ego, in ijs potiſsimùm quæ ipſemet vidi ac legi, genuinas characterũ formas ac verſuum ordines quàm potui proximè paſsim imitando, perpetuò ſeruare conatus ſum. Et ſi quæ vetuſtate aut aëris iniuria ita exeſa atque eroſa, aut vſu attrita ſunt, vt legi omninò non queant, ea puncticulis hoc modo ::::::::::::::::::::::::::: ſuppleui. Si verò non niſi magna cum difficultate, ac veluti coniectando leguntur: aut de ipſa lectione adhuc dubitatur, ea punctis ſingularibus ſuppactis, ita notaui* MEN CITA *fol.* V. *& alibi non rarò. Quæ autem ſtudio, aut*

Prope Farfarum fluuium in Sabinis, 2° à castello, quod adhuc Carreto à Caribus vocant, miliario, ad viam publicam, ex marmore candidissimo, & litera pulcherrima. *Altum pedes* 11I. *latum ped.* 11I.

1



Fuit autem, vt miliarium, nunc iacet in confinio viæ, vel terminus in agrum Curensem & Sabinum.

Stephanus Vinandus Pighius Campensis exscripsit.

In Cintiana Castellana Faliscorum oppido Tabula marmorea. Ego ipse vidi & exscr.

2



In via Flaminia, 3° aut 4° *lapide à Foro Sempronij, Vrbinum versus, Metaurus fluuius inter duos excelsos montes labitur, iuxtaq. viã iacet, quam necesse fuit muniri, & pro loci natura nonnunquam fulcire: & in eam rem extant antiquissima murorum ex quadrato lapide vestigia, à templo S.ᵗᵃᵉ Mariæ dei ponte, vsq. ad locum quem Cagli vocant. Imò ipsa montis (Apennini scilicet) pars quæ viam occupabat, à Cæs. Vespasiano, ad* 200. *passus in modum arcus ac fornicis excauata est, vti sequens titulus vetustate penè absumptus indicat. Porro locum ipsum Furlò nunc vocant, fortassis Forulum.*

Ant. Morillonius & alij nonnulli viderunt & exscripserunt.

3 IMP. CAESAR. AVGVSTVS
VESPASIANVS. PONT. MAX
TRIB. POTEST. VII. IMP. XXVIII. COS. VIII.
CENSOR. FACIVND. CVRAVIT.

Tibure, *in domo Io. Galini Cencij.*
Ant. Morill. exscripsit.

4

C. RVSTIVS. C. F. FLAVOS. ITER
L. OCTAVIVS. L. F. VITVLVS
IIII. VIR. D. S. S.
VIAM. INTEGENDAM
CVRAVER

Foro Sempronij *in Piceno seu Marchia Anconitana.*
Ioannes Metellus sequentem ab alijs accepit.

5 AVGVSTALES. VI. VIR
C. PESCENNIVS. CLEMENS
L. VETTIENVS. C. L. TIRO
L. MAENVS. L. L. PHARNACES
C. VERNASIVS. C. L. EVMOLPHVS
C. VEIACVS. C. L. EPAPHRA
L. LVCILIVS. P. L. CHRESTVS
CN. VETTIDIVS. CN. L. OPTATVS
C. VITIEDIVS. C. L. QVARTIO
C. OVPPIENVS. C. L. SVCCESSOR
L. MAENVS. L. L. ATHONTIVS
L. CAELELIVS. L. L. BARBARVS
SEX. FIRMIVS. SEX. L. PRIMIO
CN. RVSTIVS. CN. L. CLARVS
VIAM. LONG. P. ∞CCLXV. EX. D. D.
OB. HONOREM. SEVIRATVS
SVA. PECVNIA. SILICE. STERNEND
CVRARVNT

Sub Tibure
Loco qui vulgò Cassano dicitur.

6 IMP. CAESAR
DIVI. F. AVGVST
C∞I. P. CCCXX

Ant. Morillonius exscr. & dimensus est.

Totidem passus à vicinis ruinis ædificij antiqui.

IVSTI LIPSI
AVCTARIVM
INSCRIPTIONVM
VETERVM.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ

ΕΧΡΗΝ ΜΕΝ ΣΤΗΣΑΙ ΣΥΝ ΕΡΩΤΙ ΦΙΛΩ ΣΕ ΜΕΝΑΝΔΡΕ
Ω ΣΥΝΖΩΝ ΕΓΕΛΕΙΣ ΟΡΓΙΑ ΤΕΡΠΝΑ ΘΕΟΥ
ΔΗΛΟΣ ΔΕΙ ΦΟΡΕΩΝ ΑΙΕΙ ΘΕΩΝ ΟΠΠΟΤΕ ΚΑΙ ΝΥΝ
ΣΗΝ ΜΟΡΦΗΝ ΚΑΤΙΔΩΝ ΑΥΤΙΚΑ ΠΑΣ ΣΕ ΦΙΛΕΙ

ΦΑΙΔΡΟΝ ΕΤΑΙΡΟΝ ΕΡΩΤΟΣ ΟΡΑΣ ΣΕΙΡΗΝΑ ΘΕΑΤΡΩΝ
ΤΟΝΔΕ ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ ΑΕΙ ΚΡΑΤΑ ΠΥΚΑΣΟΜΕΝΟΝ
ΟΥΝΕΚΑΡ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΙΛΑΡΟΝ ΒΙΟΝ ΕΞΕΔΙΔΑΞΑ
ΗΔΥΝΑΣ ΣΚΗΝΗΝ ΔΡΑΜΑΣΙ ΠΑΣΙ ΓΑΜΩΝ

ΟΥ ΦΑΥΛΩΣ ΕΣΤΗΣΑ ΚΑΤ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΣΕ ΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΤΗΣΔΕ Γ ΟΜΗΡΕΙΗΣ ΦΙΛΤΑΤΕ ΜΟΙ ΚΕΦΑΛΗΣ
ΑΛΛΑ ΣΕ ΔΕΥΤΕΡΑ ΕΤΑΞΕ ΣΟΦΟΣ ΚΡΙΝΕΙΝ ΜΕΤ ΕΚΕΙΝΟΝ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ ΚΛΕΙΝΟΣ ΠΡΟΣΘΕΝ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ

In hortis Mediceis. lapide paruo, nani forma, craſſo capite, obſtipo collo, tibijs incuruis, facie plana, vtráque manu tibiam tenentis.

Θ Κ
ΜΥΡΟΠΝΟΥΙ ΝΑΝΩ
ΧΟΡΑΥΛΗ

In ædibus Delphinicorum.

Θ Κ
ΝΕΙΚΗ. Η. ΚΑΙ
ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ
ΑΠΑΜΙϹϹΑ
ЄΥΓΕΝΗΣ
ЄΤΩΝ ΛЄ
ЄΝ ΤΟΙϹ ΚΥΡΙΟΥ
ΚΕΛΙΟΥ ΧΩΡΙ
ΟΙϹ ЄΝΘΑΔΕ

Θ Κ
ΛΟΥϹΚΙΟϹ
ΝΑΡΚΙϹϹΟϹ
ЄΤΩΝ Κ ΧΑΙΡΕ
ΠΕΤΡΩΝΙΟϹ
ΚΛΥΜЄΝΟϹ
ЄΤΩΝ ΛЄ ΧΑΙΡΕ

In ædib. Delphin.

ΟΥΕΝΕΡΙΑΙ
ΕΤΩΝ ΚΔ
ΑΜΕΘΥϹΤΟϹ
ϹΥΝΔΟΥΛΗ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΕΠΟΙΗϹΕΝ

Ibid.

ΑΙΛΙΑΝΗ. ΑΥΡΗΛΙΚΩΙ
ΡΟΥΦΕΙΝΩ. ΥΙΩ. ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΩ. ΟϹ ЄΖΗ
ϹΕΝ. ЄΤΗ. ΙЄ. ΜΝ Ζ

Hortis Mediceis.

ΡΑΠΙΔΙΣΙΩΟΣ
ΚΑΙ ΚΗΝΣΩΡΕΙ
ΝΑ ΤΕΙΜΙ
ΩΤΑΤΗ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΑ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Prope Pantheon, in ædibus marmorarij.

Θ ΚΑ
ЄΛΠΙΝΕΙΤΗ. ΙΑΧΩ ϹΥΝΒΙΩ
ΤΕΙΜΙΩΤΑΤΩ ΜΝΗΜΗϹ ЄΝЄΚЄ
ЄΠΟΙΗϹЄ. ΖΗϹΑΝΤΙ ЄΤΗ. ΧΒ
ΚΑΙ ΘΥΓΑΤΡΙ ΔΟΡΥΦΟΡΙΔΙ

In ædibus Porciorum.

Θ Κ
ЄΝΘΑΔΕ
ΚΕΙΜΕΤΑ
ЄΡΜΙΟΝΗ
ЄΥΤΥΧΕ
ΛΟΥΚΙΑ
ЄΡΜΙΑΝΟϹ

In regione Suburana.

Θ Κ
ΚΛΑΥΔΙΑ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΗ
ΕΤΩΝ. Ϛ. ΜΕ Η. ΚΑ
ΔΩΡΟΣ ΚΑΙ
ΦΙΛΙΠΠΗ
ΘΥΓΑΤΡΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΜΝΗΜΗΣ ΕΝΕΚΑ

Burdigalæ, in æde S. Andreæ. ex Elia Vineto in Auſon.

ΛΕΙΨΑΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΗϹ ΔΙΔΥΜΑΤΟΚΟΥ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ
ΗϹ ΜΕΜΕΡΙϹΤΟ ΒΡΕΦΗ ΖΩΟΝ ΠΑΤΡΙ ΘΑΤΕΡΟΝ ΑΥΤΗ

Quod ſic idem Vinetus vertit.

Oſſa gemellipara Lucillæ hic ſunt ſita, cuius
Secta fuit proles, viuens patri, & altera matri.

F I N I S.